





AB
 41 K²⁷ w.







Compt
B 2

H. Scher 749

~~1711
1712~~

50
~~1713~~

1714
1715



LAB XVIII 313311

COMPEN-

DIUM MUSICES, TAM

figurati quàm plani cantus ad formam Dialogi, in usum ingenuæ pubis ex eruditis Musicorum scriptis accurate cõgestum, quale ante hac nunquam uisum, & iam recens publicatum. Adiectis etiam regulis de Concordantiarum & componendi Cantus artificio, summatim omnia Musices præcepta pulcherrimis exemplis illustrata, succincte & simpliciter complectens.

PRÆTEREA ADDITÆ

SVNT FORMVLÆ IN TONANDI

Psalms, & ratio accentus Ecclesiastici, legendorum quoque Euangeliorum & Epistolarum.

AB AUCTORE LAMPA.

dio Lüneburgensi elaborata.

BERNAE IN HELVETIIS

per Samuelem Apiarium.

M. D. LIII.



COMPTON

PHYSICAL

PHILOSOPHY

AND

THE

SCIENCE

OF

THE

UNIVERSITY

OF

OXFORD

1851



AB 41 2 / K. 27



IN LAVDĒM MVSICES
IOANNES TELORVS.

QVEM non delectet diuinæ Musica mentis?
Cui non organicos suscitet illa sonos?
Musa sonis penetrat sensus, & pectora mulcet
Hæc uitæ comes est, gaudia mentis habet.
Hæc decus, hæc ipsa est hominumq; Deû mq; uoluptas
Qua sine nil animis, complacet usq; pijs.
Spiritus ac ueluti corpus sustentat & auget
Musica sic animos excitat atque fouet.
Æthereis Sphærarum uocibus ipsa resultat
Musica uox, uocum quæ parit omne melos.
Numinis hæc habet afflatus, dulcedine cantus
Permouet atq; rapit quodq; sonare ualens
Musica sic placeat multis è millib. unum
Virtutis munus, quod colat omnis homo.

A ij

IN LAVADEM MVSICIS
IOANNES TELORVS

Quem non delictis diuina musica mundat
Cui non organicos suscitet ille sonos
Musa sonis penetrat sensum, et pectora mundat
Hec uita comas est, gaudia mentis habet.
Hec decem, haec ipsa est hominum. Deum inde uoluptas
Cui sine nil animi, consueti uisus ipse
Spiritus ac ueluti corpus sustinet et uisus
Musa se animos excitat atque sonat.
Aetheris spectantibus uocibus ipsa resolat
Musa non uocem que parit omnia uocet
Pinnis haec habet, affert, delat, ordine cantus
Pinnas atque raptis quodlibet sonantibus
Musa se placet uicinis e mille, uocet
Virtute uocem, quod colat omnia uocet.

STVDIOSO MVSI-

ces, Eberard. à Rūml.

Vituduranus S.



I alio nullo merito certè propter uetustatem & Inuentores Musica omnibus Iurè cōmendatissima extitit, cui pri- scis temporibus tantum & studij ac ve- nerationis sit habitum, ut ijdem Musici Quint. teste, & Vates & sapientes iudi- carentur. Propterea quod hæc cum di- uinarum rerum cognitione coniuncta, sacris etiam plerūq; adhibita fuerit, atq; hoc ipsum non sine maxima ratione. Per spexere enim sapientes uiri plærasq; li- berales disciplinas, in his quæ extrinse- cus adueniant occupatas, hanc uero so- lam penitus à spiritus arcano proficisci ut nullo certiori teste, quicquid in ani- mo uersemus, nisi uocis modulamine si- gnificemus, ut pote quæ reconditissi-

A iij mas

mas cogitationes mentis perspectas, & exploratas habeat, unde etiam mos inoleuit ut si qui pietatem, quam deuotionem erga deum appellant, testari uoluerint, hoc non absq; uocis significatione praestiterint, testem uidelicet adhibentes qui ut dissimulare nolit sic etiam nesciat. Quod ubiq; ex diuinis atq; profanis literis uatumq; canticis potissimum tamen psalmo grapho, luculenter, apparet. Ad haec apud priscos gratulandi officium, si quis nouam uineam plātaffet, nouas aedes incoleret, aut aliud quippiam noui exorsus fuisset, sicut etiam annona collecta, gratias canebant, non nisi Musices praesidio peragebatur. Sed quando nemo sanus, hanc ingenuam disciplinam aspernetur, quod, a probatissimis magno semper in precio sit habita, atq; hinc miris & condignis praconijs celebrata, maximi tamen faciendam uel ipsa Natura demonstrat, quod haec plurima nobis adminicula praestiterit ad huius officium explendum, uocisque flexum

flexum recte modulandum: unde etiam
hoc consequitur, ut sæpe, licet rudi & in-
erti cantillatione perstrepemus, labo-
rum tamen graues molestias leniamus,
solemur & fallamus. Cæterum hæc non
modo suo fungitur officio, si nos ad ala-
critatem siue aliam mentis affectionem
uoce testandam perpellat ac excitet: ue-
rum etiã ubi alios (ut obticeam interim
nutricũ cantus quibus infantes ad som-
num inuitant, aut aliãs cõcitatos demul-
cent) Musices officio concinnè defungi
percipiemus siue id chordis uel uoce a-
lijsq; instrumentis in hoc institutis fiat,
ad nos etiam commouendos ac excitan-
dos, suas quas habet uires exerat, qua sub-
miniculante, in aduersis solatia ad dolo-
rem nostrũ subleuandum administrãtur
simul ad honestas & arduas res amplectã-
das extimulamur, quod uel poëtarũ car-
minibus satis liquebit, ut interim que
passim experimur nõ referam. Prolixior
fierem si de Dorio modo q̄ Timotheus
Alexandrum percellebat ac incitabat:

A iij

Lydio

Lydio quoque qui à quibusdam fletibus,
aut Mixolydio qui perturbatior Tra-
gedijs accommodus uisus alijs que plura
percenserem. Dorius enim ad grauior-
es, uocis actiones. Lydius ad acutiores,
Phrygius ad medias, utilis habebatur:
Sed hoc tantum perstringam, quod cui-
uis promptum, Musicam, uidelicet, tan-
tam habere cum Grammat: Dialectic: &
Rhetorica connexionem affinitatemque,
ut nisi rerum uocabula conuenienti &
debita uocis, uel intensione uel remissio-
ne proferantur, uniuersum Rhetoris of-
ficium, quod in eloquendo potissimum
constituitur mancum & mutilum red-
datur, atque omni gratia destitutum pror-
sus corruat. Non itaque temere hunc lo-
cum in disciplinarum ordine in quo cen-
setur, sortita est, quæ uidelicet Colopho-
nem dictis artibus addat easque quasi
plane absoluat, ut digne *ἐμφορος* dicatur,
quasi literas omnino ignoret qui hanc non
calleat. Iam uero licet inter cetera uo-
cem quoque habemus à Natura inditam,
uniuersa

uniuersa tamen sic confusa nobis exhibita sunt, ut nisi artium excolantur beneficio, rudia maneant & nihil liberale adeoq; exculto homine dignū hinc consequatur, nisi quatenus ratio (sed apud paucos) quædā attemperarit, cui quoq; Artium præcepta, studio & opera maximorum uirorum debemus, omnium siquidem disciplinarum primordia & uelut seminaria à Natura percepimus, que deinde cultu artium in uberem prouentum producuntur. Proinde operam optime collocasse uidentur qui studium, in hanc præclaram disciplinam promouendam posuerint, splendidam gratiarū Coronam à bonis reportaturi, Sed expedit etiā nosse quomodo quidque sit tradendum, ut si quid pueris instituitur, breue sit, ne præceptorum uel longitudine, uarietate, seu multitudine potius obruātur quam quid emolumentum consequantur, uidetur hic AVCTOR LAMPADIVS, ipsum ita obseruasse quā qui maximè hoc duntaxat respiciēs

A v ut

ut erudiret, non quo se uanè ostentaret,
etiam hinc summam perspicuitatem li-
bello suo addens, quod iuxta morem an-
tiquissimorum philosophorum, in for-
mam Dialogi, hanc artem simplicissime
& distincte tradidit, exemplis etiam lu-
culentis omnia illustrauit, ut non tantū
in aures traditam artem, uerum etiam
ad oculos paratam habeas hanc igitur
ab ingenua pube uotis summis amplecti
cupiam quæ ex perietur, quantum hinc
emolumentum sit adeptura si ad recondi-
tiora eius inuestiganda strenuam
& solertem operam adhi-
buerit, Vale.

**Datum Bernæ Helueticæ. Mense
Martio, Anno M. D. XLVI.**

DILIGENTI CALCO-
grapho. D. Mathiæ Apiario.
Amico suo Gratiam & pa-
cem à Domino.

S De libello meo, amice haud Vul-
garis. D. Apiari, quem nuper tibi
per Dominicum Dreuerū misi de quæ-
stionibus Musicis, ex eruditissimis quo-
rundam scriptis delectis, quemq; puer
meus: ex meo, perperam (uti ex domini-
cis uerbis accepi) exscripsit, ederem nè
an supprimerem, uehementer dubitauī.
Rogarunt me, & sæpe, & multum, uiri,
cum docti, tum pī, ut curarem excuden-
dum, quod non parum fructus inde re-
diturum ad iuentutem, musicæ artis
nobilissimæ studiosam, censerent. Vt ta-
ceā, quod plurimi nostræ prouinciæ can-
tores, in oppidulis habitātibus, & huius
rei præcipui fautores, non raro sollicita-
uerint,

uerint, id sedulis præcibus, vt emitterem
& Musicae studium, hac quaecumque ra-
tione iuuarem ac promouerem. Simili-
ter de libello componendarum cantile-
narum, & partibus de quatuor summis
festis, quas tibi in breui quoque per Do-
minicum mittam, eadem efflagitare.
Quis precibus tam pijs non moueretur?
quis votis tam sanctis non uinceretur?
quis non contemneret momos istos & ui-
tiligatores, quibus unicum est studium
semper aliena calumniari, credentes fo-
re, ut ea ratione, nomen sibi, & laudem,
& decus parerent. Quibus datum est, quod
hactenus musicam non inuulgauimus.
Sed uicit tandem (ut dicebam modo)
piorum quorundam iusta precatio, uicit
inquam, animus quem habeo, erga eru-
ditissimos huius artis cultores. Quod, si
qui sunt, quibus labor noster improba-
tur, quod pauciores sint, in nostro libel-
lo, quaestiones, quam ipsi uelint, istis re-
sponsum uolo, satius esse, pauca fideliter
tradere, quam puerorum ingenia longis
ambagibus,

ambagibus, & quidem inutilibus, morari &c. Sentiant igitur calumniatores isti, vt lubet, Equidem non dubito, Augustini sententiam esse satis probatam, ac ueram, dicentis: parua non sunt contemnenda &c. Itaq; parui facio, si apud istos male audiam, dum modo prosum, quibus Musica ars nobilissima est cordi, Ego, ut paucis indicem, quid in his questiunculis Musicis adornando spectarim, volui hanc artem nobilissimam ad quam nos Quintilianus, & reliqui doctissimi etiam atq; etiam hortantur, omnibus, totius germaniæ, pueris, esse in promptu. Digessimus quoq; in libello nostro, ad singula præcepta, singula, & omnis generis, exempla. Adieci quoq; psalmodiam, Et de legendis lectionibus, Euangelijs, Epistolis & id genus alijs exempla, quorum in sanctis usus est, templis, & ea ratione, vt omnes habeant, in primis Concionatores, cantores, pueri, singula, de ecclesiasticis rebus, præcepta, & exempla, quibus modulandis, animos
adcan

ad cantandum assuefaciant. Cæterum,
quod noster, quicquid est libelli, tibi.
Domine Apiari, ad imprimendum sit
missus, fecit Christianus tuus animus,
& singularis, de musicis rebus, amor, cui
nihil (vt audio) est gratius, nihilq; dul-
cius, quam quod iuuentus studeat bonis
cum artibus, tū moribus, in primis syn-
ceræ pietati, atq; sese Musica arte nobi-
lissima iugiter exerceat bene vale, do-
mine mi. Et si conatus ille noster fœlici-
ter ceciderit, addetur animus nobis,
Deo fauente, ad audenda maiora.

Ex Luneburgo, calendis

Martij. Anno 1537.

Tuus ex

animo

Auctor Lampadius non per-
sonatus sed verus
amicus.

AUCTOR

AUCTOR LAMPADIVS

Ioanni Leonardo Tœbinck, & Io.
anni Schomacher, optimæ spei
pueris patritijs.

S. D. P



Xigit Quintilianus à præ-
ceptoribus studiosi pueri, nō
solum ut sint bonis moribus
præditi, sine quibus non uti-
liter literæ, quantumuis elegantes, di-
scuntur, & eruditi, quod hi tantum feli-
citer docere, que probe teneant possint,
sed etiam, ut fideliter fidei suæ commis-
sos, instituunt. Quod nemo facile presta-
bit, qui se ad captum auditorum suorum
non demiserit. Quum igitur mihi, tra-
dendæ Musice, artis nobilissimæ, in scho-
la nostra, mandata sit provincia, iudica-
ui muneris esse mei, rudes adhuc eius ar-
tis pueros, primis elementis, perspicue
& simpliciter imbuere. Contraximus
igitur ex huius artis clarissimis profes-
soribus, tantum Canonum & præceptos

E L L L L

rum Musicae, quantum tenerae aetatae
satis esse putauimus, in breues & apertas
quaestiuunculas quas uobis inscribere ac
in rem totius scholae nostrae publicare,
nobis uisum est non indignum. Quo fa-
cilius & uos prima Musicae rudimenta
percipiatis, & aequus iudex penitus in-
telligat, calumniatores ludi nostri, im-
pudenter agere, quum blaterant, pueros
scholae nostrae, negligi, cum in alijs bonas-
rum artium rudimentis, tum in Musicis.
Vestri est officij, gratis animis, hoc quic-
quid est libelli, suscipere, ac in his quae-
stiunculis perdiscendis uos diligenter
exercere, & preceptores uestros non mi-
nus amare quam studia: Valete opti-
mae spaei pueri. Data Luneburgi,
ex aedibus nostris,
Anno 1537.

COM

COMPENDIUM MVSICÆ
SICES EX ERVDITISSIMO-
rum Musicorum, scriptis in usum
Tyronum in Dialogi formam
congestum.



VID est Musica: Est que re-
ctas cantandi formulas de-
monstrat teuto: *Ein singe
kunst.*

Quotuplex est: Duplex, Theorica &
Practica.

Quid est Theorica: Est ars quæ diuer-
sorum sonorum proportionem, ingenio
& ratione perpendit.

Practica que est: que certum psallen-
di modum præscribit.

Principalis Practice Musices
Diuisio.

Quotuplex est practica: Duplex,
Choralis & Mensuralis.

B

Quid

Quid est Choralis Musica? Est quæ
nullo notarum discrimine constat.

Quid est mensuralis? quæ circa varias
notarum, pausarumq; species consistit,
de qua inferius.

De Clauibus Musicis.

Quid est clauis? Est uocis formandæ
index, adhærens lineæ aut linearum in-
teruallis.

Quot sunt claues? uiginti, Recita?
C ut, A re, B mi, C faut, D solre, E lami,
F faut, G solreut, a lamire, b fa mi, c sol-
faut, d la solre, e lami, ffaut, g solreut, a ala-
mire, b b fa mi, cc solfa, dd la sol & e la.

Sunt ne plures Claues præter uigin-
ti? Minime, uerum quando in Scala
b molli, b, clauis in duas diuiditur, tunc
uiginti due numerantur.

De

De Clauium dispositione,

Quid est Clauium dispositio? Est Musicalium, in ordinem quendam distributio.

Quot sunt dispositiones Clauium? tres, infima, media, & suprema.

Infima quæ est? quæ octo claues includit, Fvt, Are, Bmi, Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut, & Gsolreut, dicuntur etiã graues siue capitales.



B ij Media

Media quæ est: Quæ septem clauēs
 continet, ut alamire, bfaꝑmi, cſolfaut,
 dlafore, elami, ffaut, & gſolreut. Et uo-
 cantur, Mediæ, acutæ, & minutæ.

Quare uocantur	} Mediæ? } Acutæ? } Minutæ?	} quia	intra infimas & ſupremas ponuntur.
			acutū ſonum præbent.
			minutis ac puſillis lite- ris ſcribunt.

Suprema quæ est: Quæ quinque Cla-
 ues includit. ſcilic. aalamire, bbfaꝑmi,
 ccſolfa, ddlaſol, & eela, quæ etiam gemis
 natæ & excellentes dicuntur.

Qua ra- tione di- cuntur.	} Supremæ? } Geminatæ? } Excellētes?	} (ratione positionis
			quod geminatis lite- ris ſcribunt quia
			cæteras omnes ſuo ſono excellunt

De Com

De Compositione Clauium.

Quid est compositio Clauium?
Est Literarum & vocum Musicalium
coniunctio.

Quot modis Clauis componuntur?
Duobus, ex literis & syllabis.

Quot literis? septē, ut, a, b, c, d, e, f, G,

Quot syllabis? sex, vtpote, vt, re, mi,
fa, sol, la, quæ in Musica voces dicuntur.
Hic obseruabis puer, literam, in composi-
tione clauium, semper debere præpos-
ni, iuxta illud.

Principium cuiusuis Clauis litera
est, finis uero uox,

De Scala.

Quid est Scāla? Est bene canēdi fun-
damentum. Nam nisi quis in ea funda-
menta fideliter iecerit, difficile certam
modulandi artem consequi poterit.

B iij Scala

Scala Generalis in qua Claves continentur.

Vt	dd	la	sol	
	cc	sol	fa	
	bb	fa	mi	
	aa	la	mi	re
	g	sol	re	vt
	f	fa	vt	
	c	la	mi	
	d	la	sol	re
	e	sol	fa	vt
	b	fa	mi	
	a	la	mi	re
	G	sol	re	vt
	F	fa	vt	
	E	la	mi	
	D	sol	re	
C	fa	vt		
B	mi			
A	re			
Natura	vt			

Quot ex dictis clauibus dicuntur signatae?

gnatae: quinq; ut *r*ut, *F*faut, *c*solfaut,
*g*solreut, & *d*dlasol.

Cur vocantur signatae: quia expresse
in cantus exordio ponuntur.

Qua ratione: quod cantoribus certam
intonandi rationem praemonstrant.

Signa claviu signataru in utroq; cantu.



Quot ex his sunt magis familiares:
duae scilicet, *f* & *c*. Reliquae in cantu me-
surali sunt frequentiores, praecipue in
compositione cantilenarum ad qua ma-
xime conducunt.

B iiij De

De distantia earundem.

Et distant inter se mutuo per diapente
ten, F, tamen ab Gamma distinguat septima
quamuis.

De uocibus.

Quid est uox Musicalis? Est syllaba
qua clauium tenor exprimitur.

Quot sunt uoces? sex, scilicet, Ut, re,
mi, fa, sol, la.

Differunt ne uoces? maxime, nam ex
dictis sex uocibus quaedam molles, quaedam
duræ, & quaedam mediocres siue
naturales dicuntur.

Quot sunt	{	Molles?	}	quæ sunt	{	ut & fa
		Duræ?				mi & la
		Mediocres				re & sol
		siue natura- les?				

Cur dis- cuntur.	{	Molles?	}	quæ	{	mollē	}	sonū præ- bent.
		Duræ?				durū		
		Mediocr.				medi- ocrē		


Exer-

Exercitatio sex uocum Musicalium.

DISCANTVS.



Ordo uocum differentiarumq̄
TENOR.



Ordo uocum differentiarumq̄.

Quot sunt uocum deductiones? se-
ptem, quarum prima auspiciū facit in
C ut, secunda in C faut, tertia in F faut
quarta in G solreut, quinta in c solfaut,
sexta in f faut, septima in g solreut, ut pa-
tuit in supra scriptis scalis.

De uocum mutatione.

Quid est uocum mutatio? Est unius
uocis in aliam uariatio.

B v Quot

Quot uocibus fit? Duobus, scilicet, re, & la.

Quomodo? ascendēdo fit per uocem re, descendendo uero per la, hoc modo.



Ami ce quomodo huc intrasti.

De coniunctis seu fictis uocibus.

Quid est uox coniuncta? quæ in clauē canitur, in qua essentialiter non reperitur, nec in eius octaua.

Quot sunt coniunctæ, siue uoces fictæ? duæ, scilicet, mi & fa.

Cur sunt inuentæ? ob suauiſſimam ac læpidiſſimam resonantiam, quam, in cātu positæ, præbent.

Quot sunt clauēs, in quibus iste uoces reperiunt? in omnibus ferè clauibus poni possunt, sed hoc, propter dissonantiam uitandam.

Per

Per quæ signa indicantur? per signū
b mollitatis & h dure siue aspiratiōis. ✕

Quomodo? Signum b mollitatis in
uenitur in locis h duralibus, quando uox
naturaliter dura in mollem mutatur. Si
gnum uero h duri seu aspirationis repe-
ritur in locis b mollaribus ubi uox natu-
raliter dura mutatur in mollem.

Hoc modo.



DISCANTVS.



TENOR.

Argutiora

Argutiora exempla ac suauiora, in
Musica Andreae Ornitoparchi: repe-
ries, quem, cum hæc prima rudimenta
perceperis, consules.

De differentia notarum Cho- ralium.

Differunt ne notæ in Cantu choralis
minime: Nam cuiuscumque speciei fuerint
siue ligatæ, siue non, licet formam uari-
ent, tamen ualorem suum nunquam im-
mutant. Omnes enim eodem tactu sunt
proferendæ, &c.

De Cantibus.

Quid est Cantus? est sex uocum &
continua & apta deductio.

Quotuplex est Cantus? triplex, scili-
cet, Naturalis, b mollaris, & h duralis.

Quomodo cognoscuntur? per ut, pe-
nes ascensum, sic.

Omnis


Omnis cantus habens $\left. \begin{array}{l} C, c, \\ F, f, \\ G, g \end{array} \right\}$ est $\left\{ \begin{array}{l} \text{naturalis.} \\ \flat \text{mollaris.} \\ \sharp \text{duralis.} \end{array} \right.$

 ut in

Exemplum de Cantu naturali.



Vt in C faut.



Vt in F faut \flat mollari.



Vt in G solreut \sharp durali.

In C natural, F \flat mol, G \sharp dural \sharp durum triplico reliquos cantus geminabo.

De Sol.

De Solfizatione.

Quid est Solfizatio? Est vocum Musicalium continua expressio.

Quid respiciendum est in Solfizatione? in solfizatione maxime considerandum est, quare cantores, in expressione vocum, diligenter b clauem respiciant atquæ obseruabunt, ne mi loco fa expriment, aut contra.

Quomodo igitur istæ voces quæ in clauibus continentur sumendæ sunt, in solfizatione? Voces sunt duplices, inferiores, quæ, si cantus in altum tendit recipiendæ sunt, utpote, ut, re, mi: Et superiores, scilicet, fa, sol, la, quæ in descensu cantus sumuntur: Sed in primis respicienda est scala, dura an mollis sit.

CANON:

Quotiescunque enim signum b & h præter cantus naturam signatur, modulabitur fa uel mi quousq; durauerit.

Quo.

Quomodo hoc depræhendam, quo-
usq; durauerit? non oportet exprimen-
tem uoces, signaturam sequi, quemad-
modum b fa h mi, in scala b molli sequi-
mur, sed quam primum illæ uoces motæ
fuerint, & cursus ad locum suæ motionis
peruenerint, tūc nec fa nec mi, sed quam
scala regulariter exigit, recipienda est.

Hoc modo.



TENOR.



BASSVS.

De octauis idem est
Iudicium.

De can-

De cantu transposito notetur
sequens Distichon.

*Quantum conscendit clavis, tantum nota, rursus
Descendit, uerso quoque sic intellige sensu.*

Cur cantus transpositio est inuenta?
propter linearum inopiam, nam olim
cātores suas cātionēs tribus aut ad sum-
mum quatuor lineis depinxerunt, id
quod adhuc hodie in omnibus ferē can-
ticorum libellis cernitur, nunc autem
raro hac utimur, quia, si necessitas ur-
get, sextam ad iijcimus lineam, quod etiā
ubique obuium est.

Exemplum.



Hæc sunt conuiuia,

De in

De interuallis siue modis Musicis.

Quid est interuallum? est uocis à uocē
te distantia.

Quotuplex est Interuallum? Duplex.
scilicet, simplex & compositum.

Quot sunt Interualla simplicia? quin-
que, unisonus, tonus, diatessaron, dia-
pente, & diapason. Reliqua omnia ex di-
ctis componuntur.

Quid est unisonus? est fundamētum
& principium modorum, uel est dua-
rum uel plurium notarum in eodem lo-
co reiteratio, sic.



Sequitur Tabula resolutoria de In-
teruallis usitatoribus.

G

Nomina modorum.	Unisonus		
	Semitonium	imperfecta	} secunda
	Tonus	perfecta	
	Semitonus	mollis	} tertia
	Ditonus	dura	
	Diateffaron		quarta
	Diapente		quinta
	Semitonium dia.	mollis	} sexta
	Tonus diapen.	dura	
	Diapason		octava
	Semi. diapason	imperfecta	} nona
	Tonus diapa.	perfecta	
	Semitono. diapa.	mollis	} decima
	Ditonus diapa.	dura	
	Diatess. diapen.		undecima
	Diapen. diapason		duodecima
	Semi. diap. diap.	mollis	} decima
	Ditonus dia. diap.	dura	
Semidi. dia. diap.	imperfecta	} decima	
Ditonus dia. diap.	perfecta		} quarta
Disdiapason.		decima quinta.	

Quot


Quot sunt semitonia? duo: Alterum
 Maius, fitq; ex fa in mi proximum & Al-
 terum Minus, quot fit ex tono. Iudica-
 turque per hoc ✕ signum.

Quot sunt Toni? quatuor, qui mo-
 uentur in proximam secundam, sic.



Ex his quatuor reliqui omnes for-
 mantur.

Exercitatio de modis siue in-
 teruallis.




Ter trini sunt modi quibus omnis cantilena




contexitur scilicet, Unifonus Semitonium To-

C ij




nus Semi ditonus Ditonus Di a tessaron




Di a pente Semitoniū cū diatessen



te Tonus cum diapēte adhuc modus diapa-




son Si quem delectat eius hunc modum esse co-



gnoscat cumq; tam paucis modulis to ta



harmonia formetur utilissimum est eam altæ



memoriae commendare nec ab huiusmodi studio



requiescere Donec uocum interuallis



cognitis Harmoniae totius fa cilli me



queat comprehendere no ti ci am.

De prohibitis interuallis.

Quid est prohibitum interuallum?
est uocis bene sonantis contra male sonantem positio.

Quot sunt? tria, Tritonus, Semidia-
pente, & Semidiapason

C iij Quid

Quid est Tritonus? Est quarta dura,
fitq; ex tribus tonis, sic.



Quid est semidiapente? est imperfecta
quinta, de mi ad fa tendens, hoc
modo.



constas duobus tonis & duobus semito.

Quid est semidiapason? Est imperfecta
octava, de mi ad fa gradiens, quæ ni-
hil omnino sonoritatis habet.



habetq; tria semitonia & quatuor tonos.

Ad hæc referuntur, septima, nona, vn-
decima, quæ rarissime in vsum Musicum
accedunt.

De Tonis.

De Tonis:

Quid est Tonus? est certa regula, qua cuiuslibet cantus, melodia dirigitur.

Quot sunt toni? octo, recita? primus, secundus, tertius, quartus, quintus; sextus, septimus, octauus.

Quotuplex est tonus? duplex, scilicet autentus & plagalis.

Quid est autentus tonus? est qui maiorem ascendendi auctoritatem habet, quam plagalis, vocaturq; clamorosus.

Quot sunt autentici toni? quatuor, vt primus, tertius, quintus, & septimus sic dicti, quia crebro octauam supra notam finalem contingunt.

Quid est plagalis? qui maiorem descendendi vim habet autentis, diciturq; obliquus siue humilis.

Quot sunt plagales toni? etiam quatuor, scilicet, secundus, quartus, sextus, & octauus: Hi supra finalem vocem diapenten habent, diatessaron vero infra eandem vocem constituunt.

Quot modis toni cognoscuntur? tri-
bus, scilicet, principio, medio, & fine.

Quomodo cognoscitur in principio?
Omnis cantus in principio ultra notam
finalem mox scandens ad quintā, est autē
autenti toni, qui uero non, est plagalis.


Quomodo in medio? penes ascen-
sum, Nam cantus qui in medio supra
chordam statiuam Diapason habuerit,
est autenti Toni, qui uero non, est pla-
galis.

Quomodo in fine deprehenditur?
per extremas uoces, hoc pacto.

Omniscan- tus exiēs in,	}	Gsolre=	}	septimi	}	octaua	}	toni,
		ut		quinti		uel sexti		
		Faut		tertij		quar.		
		Elami		primi		secun		
		Dsolre						

Cog.

Cognitio irregularis siue transpositi cantus.




Quando cantus transpositus in \flat , clausura mi habet, est primi uel secundi toni. Si uero fa in ea consideraueit, tertij uel quartus est.

Cætera quæ hic desiderantur omnia, diligens usus, artiumque omnium magister, docebit.

Sequuntur Tonorum Tropi, quibus Psalmi exeunt.





I.

II.



III.

IIII.



V.

VI.




VII.

VIII.

Maiorum Psalmorum intonatio.

Autenti.

Plagales.



1. Magnificat aīa

2. magnificat anima.



Tertij.

Quarti.



Quinti.

Sexti.



Septimi.

Octavi.

Quotuplex sunt Psalmi: Duplices
scilicet: Maiores & minores.

Quot sunt Psalmi maiores: Duo, ut,
Magnificat & Benedictus.

Quot sunt minores: omnes alij præter
dictos, puta qui à Dauide sunt æditi.

Sequitur minorum Psalmo-
rum inceptio, & ad me-
dium deductio.



III. Magnifi, ani mea 4. mag. ani. me. do.



V. Mag. ani mea, 6. mag. ani. me. do.



VII. Mag. mag. 8. mag. ani. me. do.

Quare omittis tonorum differentias? quia non sunt de musicorum essentia, & cum tam uariæ sint, quis de illis certas regulas præscribere ausus est?

Qua ratione sunt inuentæ? Cum, propter incertos cãtores, vt eo facilius esset Psalmorum inceptio: Tum, quod Antiphonarum repetitio, Psalmis finitis esset suauior, &c. Nulla quidem alia ratio (meo iudicio) in medium adferri possit.

Finis plani Cantus.

MVSI.

MUSICAE MENSURALIS Compendium.




QVID est Musica mensuralis? Est ars quæ varijs notarū ac pausarum figuris constās, augmentum & decrementū prolationis, iuxta signorum exigētiam, patiens.

Cur à quibusdam dicitur noua? propter notarum incrementum & decrementum. Nam notæ veteris Musicae, id est, Choralis, non patiuntur augmentū neq; prolationis decrementum.

Quot sunt species figurarum simplicium? Octo.

Sequuntur Figuræ & nomina notarum,

Scilicet




Quid interest inter notarū caudam, sursum aut deorsum tractā? nihil omnino. Nam cauda, in simplicibus notarum figuris, qualitercunq; tractā, non immutat notarum ualorem.

Quot ex dictis figuris dicuntur Maiores? quinque, quas prisci obseruabant, quoniā hæ quinque in omnem, nouæ Musicæ, rationē, puta augmentationē & perfectionē incidūt, ut Reliquæ tres, ut, quas iposteritas gratia subtilitatis adiecit, perfectionem nō patiunt, ob id minores uocātur.

De no.

De notarum ualore.



De Pausis.


Quid est Pausa? Est tractus per lineas subens canentem silere.

Cur

Cur pausa sunt excogitatae? propter
tria, Primum, vt dissonantiam fugiant;
Secundum, vt cantum concinnis fugis
& canonibus textum exornent. Tertiū
ut modulatoribus dent uigorem atq; ca-
nantes recreant.

Quot sunt pausarū species? tot, quot
notarum, demptæ maximæ, loco cuius,
duæ longæ pausa ponuntur.

Vt sequens exemplum indicat.



Sunt ne plures pausarum species pre-
ter dictas? sunt adhuc duæ quæ peculia-
ribus suis characteribus signantur, una
Modalis, altera generalis dicitur.

Quæ est modalis? quæ quatuor lineas
aut tria spatia occupat: Et hæc pausa, mo-
dum minorem perfectum indicat.

Pausa

Pausa modalis,



Generalis quæ est: quæ lineas omnes
transcendit, cui & iste character
uicem repondit.



Quare dicitur Generalis: quia in fi-
ne, post notam finalem generaliter col-
locatur,

Sequitur Exercitium de usu & ua-
lore notarum simplicium.

D


DISCANTVS.



Omnis caro fe=



num & omnis gloria eius, &



omnis gloria quasi flos a gri



Excicatum est fenum & cecidit flos,



uerbum autem Domini manet in aeter=



111777.

TENOR.



o mnis ca




ro omnis caro fe




num & omnis gloria eius



quasi flos agri, Excitatum est fenū & cecia




dit flos ij



Verbum autem domini manet in eternum.

De Ligaturis.

Quid est ligatura? Est unius notæ ad aliam coniunctio, ex quadris uel obliquis figuris formata.

Quot notarum species ligantur? quatuor, scilicet, .

Quot illarum mutant valorem? tres, longa, breuis, & semibreuis. Maxima enim siue ligata siue non, nunquam valorem immutat.

Quomodo ergo iste valor deprehenditur? per caudam duntaxat, figuris in scriptam, quæ est valoris notarum ligabilium certum indicium. Nam cauda, in sinistra parte sursum tracta, notas minuit, deorsum vero, in utroque latere, eas adauget, id quod ex ordine patebit.

Da regulas ligaturarum.

De int.

De Initialibus.

I.

Omnis ligatura, habēs in sinistra parte virgulam sursum tractam, semibreuis est cum proxima.



II.

Si uero in descensu caudam habuerit, ipsa sola breuis est.



III.

Ligatura, qualitercunq; formata, cōscendēs, cuius prima nullam habet caudam, facit eandem breuem.



D iij

IIII.


Prima carens caudā, longa est cadens
re secunda.



V.

De Medijs.

Quælibet in medio brevis est, una
excipienda.



VI.

Excipe.

Omnis nota, inter primam & ultimā,
ligata, est media.

VII.

De Vltimis.

Vltima conscendens brevis est quæ
cunq; ligata.




Excipe

Excipe ligaturam semibreuum.



Ultima dependens quadrangula sic tibi longa.



Exceptio.



IX.

Maxima in ligatura nunquam valorem suam immutat, ubicumque enim posita, semper manet maxima.




Exemplum de ligaturis,
sequitur.


D iij



TENOR.



BASSVS.



D v

De tribus Musicae Gradibus.


Quot sunt Gradus Musicales? tres, scilicet: Modus, tempus, & Prolatio.

Quid est modus? est maximarum, longarumque notarum mensura.

Quotuplex est? Duplex, Maior & Minor.

Quotuplex est Maior? duplex, perfectus & imperfectus.

Quid est modus maior perfectus? Est quando maxima tres longas continet, sic.




Imperfectus est quando duas sic.




Quotuplex est minor? etiam duplex, scilicet, perfectus & imperfectus.

Quid est modus minor perfectus? est ubi longa tres breues: sic.



Imperfectus, quando duas, sic.



Quid est tempus? est breuium notarum dimensio.

Quotuplex est tempus? duplex, perfectum & imperfectum.

Quid

Quid est tempus perfectum? Est quādo breuis nota tres continet semibreues, Imperfectum ubi duas.

Quid est prolatio? Est semibreuium cognitio.

Quotuplex est? duplex, scilicet, perfecta, & imperfecta.


Perfecta quæ est? quæ tres minimas in semibreui considerat. Imperfecta vero duas.

De Signis Graduum.

Quot sunt signa graduum? tria extrinseca, & tria intrinseca.

Quæ sunt extrinseca? hæc.

O₃ O₂, O φ, ⊙ ⊕.



Intrinseca quæ sunt? Intrinsicca signa sunt colores notarum. Quando. n. tres longæ, aut Pausa modalis, in cantu sine mediopositæ, reperiant, indicatur modus minor perfectus: Aut si tres breues colorantur, aut duæ pause semibreues, simul positæ, in cantilena inueniantur, ibi tempus perfectum designatur.

Tribus autem semibreuibus colore obductis, aut duobus suspirijs simul positis, prolatio perfecta demonstratur.

Hoc modo.



Signa modi, Temporis, Prolationis.





Crescunt ne pause in signis dictorum Graduum? maxime, Quantum enim nota crescit, tantum & pausa.

Quot sunt signa imperfecta? unum scilicet, semicirculus. C, Ç, qui si cantis leni præpositus fuerit, eas imperficit, id est

est, notas æque ac pausas diminuit.

Quotuplicia sunt signa: duplicia, principalia, quæ supra posita sunt, & minus principalia.

Quot sunt signa minus principalia: quinque.

Scilicet signum		Repetitionis
		Conuenientiae
		Generale
		mollitatis
		duri, uel  aspirationis.


Exemplum de tribus Musicae Gradibus, in Musica Andreae Ornithoparchi, & Georgij Rau, reperies copiosissime.

Dedi.

De dimensione uel tactibus.

Quid est tactus? est mensura mobilis, qua notulae regulariter & perfecte, secundum signorum diuersitatem, cantentur reganturq;

Quotuplex est: triplex, Maior, Minor, & Proporcionatus.



Per quas

Per quæ signa indicantur: Maior per
huiusmodi signa ϕ ϕ innotescit, Mi-
nor per hæc O C demonstratur. Propor-
tionatus vero per numerum circulo vel
semicirculo subscripto appositò que dis-
noscitur. Sic.

1 1 1 O C ϕ_3 O_2

2 3 4 3 3 ϕ_3 C_2

Et reliqua, quorum resolutio infra
patebit.

Sed nota, quod in omnibus his signis
 ϕ C O_2 C_2 , ϕ O , semibreuis tactu
mensuratur integro, augmentatione &
proportionibus exceptis.

Et Motio conscendens & descendens
simul sumpta, reddit tactum integrum.

Qua ratione cãtores eruditi tactũ Ma-
iorem præferũt: ob eius suauitatem, hoc
est, quod notæ sub eo prolatae argutius
ac lepidius resonant, atq; sub minore: sed
illa differentia perraro obseruatur.

Denota

De notarum imperfectione.

Quid est notarum imperfectio? Est tertiæ partis, ualoris notarum perfectarum, ablatio.

Quādo fit? in gradibus perfectis, ubi notæ perfectæ, aut per pausam, aut colorem, aut notam minoris speciei, imperficiuntur, teuto. Wenn die grösser notas durch die / so vñ den halben teyl kleiner ist / vnuollkommen gemacht wirt.

Quot sunt notæ imperfectibiles? quatuor, scilicet $\text{H}, \text{K}, \text{A}, \text{O}$.

Quot sunt perficientes? etiam quatuor, scilicet $\text{H}, \text{A}, \text{O}, \text{Q}$.

Quot sunt perficientes & imperfici-entes? tres, utpote, $\text{H}, \text{K}, \text{O}$. Nota, quod imperfectio à minima auspiciantur, minima autem non imperficitur, sed imperficit tantum, Maxima quoque imperficitur, ac non imperficit.

De tri.

De triplici imperfectione per notā.


Quando fit imperfectio per notam?
Quum maior nota, per minorem, valo-
ris dimidio diminutam, imperficitur.

Hoc modo.



Quomodo hoc deprehendā? In signo
modi maioris perfecti imperficitur ma-
xima à longa, & in signo modiminoris
perfecti imperficitur longa à breui. In
signo autem temporis perfecti breuis à
semibreui, & in signo prolationis perfe-
ctæ imperficitur semibreuis à minima,
ut supra in exemplo uidere licet.


Quomodo fieri habet per colorem?
quando notæ perfectæ, colore repletæ,
in cantilena reperiantur, tunc color, in
notulis tertiam aufert partem, sic.



E

Quando

Quando imperficiunt pausæ? Cum post notas perfectas, maiores speciei & valoris, immeditate sistantur, sic.




Differunt ne nota & pausa in agēdo? maxime: Nā nota à fronte & à tergo imperficit, Pausa uero à tergo tantū. Et eam naturam & uim imperficiendi, quam nota habet, eandem habet & pausa, ut In exemplo suprascripto cernere est.

De puncto perfectionis.
Tabula.

		ff	ff	ff	
Quid sibi uult punctus pfectio nis additus.	{ Maximæ? Longæ? Breui? Semibre?				} Saluat eius pfectionē, ne à sequen ti nota uel pausa imp ficiatur.
					Exemplum

Exemplum.



DISCANTVS.



TENOR.



E ij

Punctus perfectionis, nō solum in di-
ctis Musicae gradibus reperitur, uerum
etiam in proportione hemiola saepissime
ob incertos cantores, & textus applica-
tionem inuenitur. Exemplum.

T E N O R.



perfectionis in hemiola.



Diuisionis.

B A S S V S.



perfect.



diuisionis.

Quid

Quid significat punctus diuisionis?
qui, si, in gradibus perfectis, & hemiola
inter duas notas perficientes, eiusdem
speciei, positus, indicat primam debere
referri ad præcedentem, secundam uerò
ad sequentem, ut cernere est in exemplo
supra posito.

De Augmentatione.

Quid est Augmentatio? est quantitas
notarum incrementum.

Vbi fuit? in prolatione perfecta solum,
quando semibreuis tribus, & minima
uno metitur tactu intigro.

Quomodo? ubi signum prolationis
ⓄⓄ perfectæ, in cantu circa unā duntaxat
cantilenæ partem fuerit constitutū,
ibi notæ augmentantur. Quando uero
in singulis cantilenæ partibus tale signum
reperitum fuerit, non est augmentatio,
sed perfecta simpliciter prolatio. In-
nuitur etenim per Canonis inscriptionem,
dicendo. Crescit in triplo.

E iij



TENOR.



Augmentatio BASSVS.


Quid est diminutio? de diminutione
& Semiditate Consule Musicam Geor-
gij Rau, & Ornitoparchi, qui crassissis-
me de his speciebus tractant.

De alteratione.

Quid est alteratio? Est eiusdem notæ,
in quam cadit, reiterationio.

In quam notam cadit? in secundam,
duntaxat

duntaxat, quod exemplum sequens de-
clarat, ex cantilena Tandernaken, cuius
Autor est Obrecht, desumptum.



Per quid innuitur Alteratio? per
punctum supra notas positum, qui alte-
rationis dicitur, fitque solum in ligatura
duarum semibreuium, ut supra in exem-
plo uidere est.

De Syncopatione.

Quid est Syncopa? Est minoris no-
tulæ ultra maiorem uel maioris redu-
ctio. Et fit quando è medio concordan-
tiarum, aliquid excinditur.

E iij

Exem

Exemplum.



T E N O R.



B A S S V S.

De Proportionibus.

Quid est proportio? Est duarum quā-
titarum comparatio, ut 2, ad 1 dicitur
proportio dupla, & 3 ad 1 tripla, & sic de
reliquis.

Quomodo formatur proportio? per
inaequalitatem numerorum, ut 2 ad 1
& 3 ad 1 &c. Nam æqualitas numero-
rum non facit proportionem, vt: 1 ad 1,
& 2, ad 2.

Quomodo? quando numerus maior
locatur supra minorem, constituitur pro-
portio: Si autem minor supra maiorem,
sistatur, tunc destruitur.

Con-

Constructio propor.

2	3	4	5	6
1	1	1	1	1

Destructio.

1	1	1	1	1
2	3	4	5	6

Quot sunt genera proportionū? quinque. sci. Multiplex, superpartiens, superparticularis, Multiplex superparticularis, & multiplex superpartiens, &c.

Quot ex his sunt magis familiaria? duo. sci. multiplex & superparticulare.

Quot proportionum species sunt magis frequentiores in genere multiplici? tres: utpote, Dupla, Tripla, & Quadrupla, aliquando etiā quintupla, sed raro.

Quot in genere superparticulari? tres, scilicet. sesquialtera, sesquitertia, & sesquiquarta. Reliquæ omnes, ob earū difficultatē, raro accedūt in usum Musicū.

De Dupla.


Dupla, qd est: Est numeri binarij ad 1,
E v vel

vel quaternarij ad binarium, collatio. Et
 fit quando duæ notæ, eiusdem speciei lo-
 co unius proferuntur, signaturq; sic.

2	4
1	2

O 2 C 2.


Exemplum.



DISCAN. Dupla.



TENOR. Dupla



De Tripla.


Quomodo construitur Tripla: quum
 tres

tres siue sex notæ, contra unam, eiusdem
 formæ, ponunt, huius signum est. $\begin{array}{l|l} 3 & 6 \\ 1 & 2 \end{array}$


Exemplum Triplæ.



TENOR.



Tripla.



Tripla. B A S.



De Quadrupla.

Quid est quadrupla? Est quatuor no-
 tarum, contra unam positio fitque, cum
 quatuor

quatuor notulae, contra unam, eiusdem
speciei, ponuntur, eius signum est

$$\begin{array}{|l} 4 \\ 1 \end{array} \bigg| \begin{array}{|l} 8 \\ 2 \end{array} \bigg|$$

Exemplum.




Quadrupla. DISCAN.



TENOR.

qua.




De Speciebus frequentioribus
in genere superparticulari
De Sesquialtera.


Quid est Sesquialtera? est numeri ter-
narij ad binarium ratio, fitque, quando
tres minima, contra semibreue, ponun-
tur, hoc modo: signum.

$$\begin{array}{|l} 3 \\ 2 \end{array} \bigg|$$

Altu-



ALTUS sesquialtera



VAGANS sesquialtera.



De sesquitertia.

Quando constituitur Sesquitertia?
Cū quatuor notę, cōtra tres, eiuldē vero

speciei, locant̄, huius signū est $\begin{array}{l|l} 4 & 8 \\ 3 & 6 \end{array}$

Exemplum.

DISCANTVS.

Sesquiter



Sesquitertia: DISCAN.



TENOR.



sesquiter.


De Sesquiquarta.

Quomodo construitur sesquiquarta?
quū quinq; notulæ, contra quatuor, eius
dem speciei, ponuntur, signaturque sic.

TENOR.



TENOR Sesquiquarta.



BASSVS.



De Hemiola.

Quid est Hemiola? Hemiola, quam
multitriplam uocant, est trium semibre-
uium uel breuis pfectæ, sub unicum tas
ctū cadentium, mensura, huius signum

est iste character $\left\{ \begin{array}{l} \text{O} \\ 3 \end{array} \right.$ vel $\left\{ \begin{array}{l} \text{C} \\ 3 \end{array} \right.$

Habet ne aliud signum præter circulum
& numerum? etiã; Nã color eandẽ vim

habet ceu circulus & numerus. Et quando per colorē indicat̄, caret signis; quia color loco signi ponitur, uocaturque intrinsecum siue implicitum signum.

Exemplum.



DISCANTVS.



ALTVS.



TENOR.



BASSVS.

Musicae Mensuralis finis.

DE

DE COMPOSITIO- ne Cantus Compendium.

De numero Consonantiarum.



Quot sunt cōcordantiæ? qua-
tuor, scilicet. unisonus, tertia,
quinta, & sexta.

Quotuplices sunt? duplices, perfectæ
& imperfectæ.

Quæ sunt { Perfectæ? duæ, ut, unisonus & quinta.
 { Imperfectæ? etiã duæ, scilicet, tertia & sexta.

Quomodo reliquæ ex dictis compos-
nuntur? ab unisono componitur diapa-
son & disdiapason, quæ omnes perfectæ
sunt. A quinta componitur diapente dia-
pason, & diapente disdiapason, quæ etiã
perfectæ sunt. A tertia construuntur di-
tonus diapason, & ditonus disdiapason.
A sexta autem conflantur tonus diapen-

F te dia-

te diapason, & tonus diapente disdiapason, quæ omnes imperfectam resonantiam præbent.

Quæ est differentia consonantiarum? nemo facile potest iudicare atq; considerare quid intersit inter concordantiarum discrimen, nisi sit natura componista, arte & multo usu bene instructus, et si quis perperam hoc discrimen seruauerit, is difficile cantum suauem, sine uitijis cõdiderit. Videmus enim nostro tẽpore nonnullos componistas, qui ad constructionem cantilenarum, arte parum intellecta, nouas quasdam clausulationes, sed eas contra tonorum vim, affingunt. Alij tam varie & illepide condunt, quod vix melodix suauitas discerni potest. Quomodo enim componet is, qui nunquam audiuit, legit, nec ad vnguem componendi præcepta didicit? Sed redeam ad institutum: Ut igitur tibi quam maximè, planè & dilucide possem, & omnibus huic arti bene facientibus, prodessem, exempla, quæ ad hanc rem maximè conducunt ob
oculos

oculos ponam, ex quibus facile hoc dis-
crimen cognoscas. Et quid præcipue in
hac re requiritur, quidue Iosquinus cu-
rauit inde germanam & genuinam hu-
ius artis noticiam consequaris, breuiter
accipias. Quid autem traditurus sim,
iudicium erit musicorum. Non enim
permitto iudicium de hac arte indoctis
cantoribus, qui vulgo imitatores Iosqui-
ni dici volunt, cum nullum carmen ab
ipso conditum viderint, qui iactant suas
ineptas cantilenas esse multo lapidiores
aptioresq; Iosquini, tantum enim abest
vt Iosquinum imitentur, quantum cœ-
lum à terra. Quoniam Iosquini Carmina
habent multas & varias & argutissimas
clausulationes, aptissimis fugis & cano-
nibus exornatis, plenas suauitatis, & ad
compositoriam artem sane in primis,
conducibiles, quare uellem componistis
Iosquiniana carmina esse quam familia-
rissima.

Quæ consonantiarum sunt duriores?
Concordantiarū aliæ sunt sonitu fortios

F ij res,

res, vt quinta & tertia, alia vero molliores, vt unisonus & sexta.

Quotuplices sunt concordantia imperfecta: duplices, quomodo? Nam quaedam sunt durae, vt Ditonus & tonus diapente, quaedam uero molles, vt semiditonus & Semitonium diapente.

Quomodo in carminibus locantur? habent quaedam loca peculiaria, vbi & quomodo poni debent, q̄ infra crassissime patebit.

Quomodo hoc depræhendam? si uis aptè & argutè componere, perpende & considera uocum & numerorum genera, quæ in certis præceptis consistunt, daq; operam, vt subsequentes canones tibi sint familiarissimi.

I.

Duæ concordantia perfecta, immediate se sequi non debent.




DISCANTVS.




TENOR.

II.

Duę autem uel plures imperfectę cõ-
cordantię immediate se sequi possunt.



DISCAN.




TENOR.

F iij Octaua

III.

Octava & quinta interdum immedia
te se sequuntur, sed hoc in dissimilibus
motibus. Fuga in unissono.




IIII.

Si perfectæ concordantiæ, se iuxta can
onem sequuntur in unisono, non erit
vitium, quod totum Iosquinianum est.



TEN. passio dñi & c.




B A S.

In

V.

In diminutionibus figurarum species
 bus crebro usu uenire solet, ut discordā-
 tia sequatur concordantiam, & contra.
 At si ita contigerit, cauendum ne plures
 præter unam sequantur.



A L T V S.



B A S S V S.


VI.

Breuis & semibreuis nunquã patiun-
 tur discordantiam qui ualde lædunt &
 uitiant consonantias, si in cantu imper-
 fecto discordantes reperiantur, uerum
 ubi in proportionem duplam vel quas-
 druplam incidunt, admittuntur.

F iiij

Quas

Quadrupla.



TEN. BAS.

VII.

Omnes cantilenarum partes, in concordantijs perfectis, iuxta priscorum morem, terminari habent, nisi Cantilena sit quarti toni, quæ alium atq; alium sibi finem excogitare solet, ut uideri licet in exemplo.



DISCAN.



ALT.



TENOR.



BASSVS.

VIII.

Propinquiores concordantię, quę intra Disdiapason cōtinentur, auditu sunt multo iucundiores, quam quę nimium inter se distant.

IX.

Obseruabis quoq̃, ne sepius, ultra disdiapason, concordantias effingas, sunt enim quasi dissonę, ac repugnātes. Qui autem caute agunt hoc interuallum raro transcendunt.

F v Sc.

Sequuntur Canones de dispositio-
ne & ordinatione quatuor
partium.

Quot sunt partes Cantilenarū? qua-
tuor, scilicet. Discantus, Altus siue contra-
tenor, Tenor, & Bassus. Quando autem
Cantilena quinque partes habuerit, tunc
quinta pars dicitur Vagans. Interdum
etiam sex uocum, cantilenæ, ab eruditis
Musicis, compositæ, reperiuntur, qua-
rum sexta pars Subbassus uocatur: si au-
tem plures quàm sex uoces sint, dicimus,
primus Discantus, secundus discantus,
& sic de reliquis.

I.

Quando Discantus cum tenore, in
diapason. & Bassus in disdiapason infra
ordinatur, tunc altus diapenten uel ter-
tiam supra tenorem occupabit.

II.

Si Discantus tertiam supra tenorē te-
tigerit, Bassus diapason infra tenorē ha-
bebit.

bebit. Altus uero diapenten supra, vel
diateffaron, uel tertiã infra eum tenebit.

III.

Quoties enim discantus diateffaron
supra tenorem habuerit, toties Bassus
diapenten, altus uero tertiam infra col-
locabit.

III.

Discantus raro supra tenorem dipen-
ten, constituit, & si ita contigerit, Bassus
diapason infra, & altus ditonum vel se-
miditonum sibi uendicabit.

V.

Si Discantus sextam supra tenorem
occupauerit, quod Discanto proprium
esse solet, tum Bassus ad Diapenten in-
fra deprimetur, & Altus ad diateffaron
leuabitur.

VI.

Quando Bassus tertiam infra tenorẽ
continet, Discantus diapason supra, &
Altus

Altus tertiam siue sextam supra com-
prehendet.


VII.

Cum autem Bassus decimam infra
tenorem occupauerit, tunc discantus ad
sextam ascendet. Altus uero tertiam su-
pra uel infra habebit, sed illud ad nutū
componistæ.

VIII.


Quum enim Bassus infra tenorem
diapentendiapason complectitur (quòd
rarissime fieri solet) Discantus tertiam
infra, uel sextam uel diapason supra po-
stulabit, & tunc Altus iuxta consonan-
tiarum exigentiam ordinari debet.

Sequitur Exemplum cuius-
libet regulæ uim & noti-
tiam, declarans:



I II III IIII V VIVI VII VIII

Hæc est simplex concordantiarum
 compositio secundum prædictas regu-
 las, posset enim multo subtilius & uelos-
 tius construi, hoc modo.



Sequitur Resolutio.



DISCANTVS.



A L T.



T E N O R.



B A S.

Hunc modū, regulis bene cognitis,
usus, artium magister, facile docebit.

SI

SI CUI ANIMVS EST SVA
uem Harmoniam constituere, quas-
dam Regulas obseruet,
necessum est.

I.

Principio omnium maxime decet ne
ex uulgari Musicorum fece sit, Et ut sca-
lam decē linealem (quā uocāt) in prom-
ptu habeat, oportet, Et clauēs signatas,
in suum ordinem ueluti in nidū reponat.

II.

Et ne forsitan dissonum quippiam &
παράμελος (Id est præter cantilenam) ut
Græci dicunt, componat, tempus à tēpo-
re, diligenter discernat, necessum est, ut
bene temporis perfecti ab imperfecto ra-
tione cognita, omnia suū forciātur locū.

III.

Tamen nec omittendū est, quo iudic-
ciū, exactū adhibeat, ne in concordantijs
perfectis, ueluti in quintis, & octauis mi-
contra fa in acie, pugnet: Nescio enim
quæ ἀφωνία, hoc est dissonantia quedam
resultat, quæ aures uehementius feriat

De

De Clausulationibus & Cano-
nibus formandis
regulæ.

I.

In omni cantilenarum compositione
considerabitur tonus, ne partes extra
regularem tonum uagentur, alias melo-
dia corrumpetur.

II.

Cauebis, nè in scala compositoria Dis-
diapason transilias, quia consonantię in-
tra Disdiapason sunt frequentiores &
multo suauiores alijs.

III.

In formandis Clausulationibus & fu-
gis maxime omnium floruit Iosquius
quem in hac arte imitari consultissimũ
existimaui.

Sequuntur Clausulæ mixtæ
Fugis, primi Toni.



DISCAN.



TENOR.

Secundi Toni.



ALTUS.



BASSUS.

Tertij Toni.

G




Vagans.




Subbassus.

QVARTI.



Discantus.



Contra Tenor.

QVINTI.



Tenor.



Bassus.

SEXTI.




Discantus.




Bassus.

SEPTIMI.



Tenor.



Bassus.

G 4

OCTAVI.



DISCANTVS.



TENOR.

His plures & dulciores clausulationes superaddi possent.

CVr Pausæ ponuntur in Cantu: ob plures causas, quarû quædam superius in Musica mensurali cõmemoratae sunt, sed cõponistę præter eas, alias quoq; habēt, tametsi à Contrapuncto nō cogantur. Sed primo ponuntur ad euitandum Tritonum semidiapenten & alia prohibita interualla. Secundo ad discretionem perfectarum concordantiarum, quæ se
inui-

Inuicem conſequi, aſcenſu uel deſcenſu,
prohibita ſunt. Tertio ut Cantus in Ge-
mellis duabus uocibus tantum conſtans
ſuauior exiſtat, quoniã cætera uoces ta-
cent, quæ deinde prioribus duabus ta-
cētibus ſubſequuntur, licet eadem Har-
moniam concentumq; repetant, quod
auditu iucundis: ſit, quo & Ioſquinus
plurimū uſus eſt. Quarto, quod cantus
ultra ſex, octo duodecim uoces expluri-
bus quoq; partibus componuntur.

Ioſquinus in primis curauit, ut pro-
pinquiores concordantias quam ſimpli-
ciſſime potuit, conſtrueret, idq; quodam
cum iudicio fecit. Quoniam quod ſim-
pliciter ſecundum uerã artem cõditum
eſt, hoc magis delectat & mouet homi-
num aures, quam quod ſine arte & regu-
lis conſtat. Multi gaudent uelocitati no-
tarum, etſi parū delectat, at pauci fauent
ſuauitati ac ſubtilitati, quæ, maxime ſi-
ta ſunt in fugis breuium & ſemibreuiū,
quibus Ioſquinus uſus eſt.

G iij EX.

EXEMPLVM SVCCEDIT DE SVB-
tilitate cantilenarum, qua homines mouentur.



DISCANTVS.



ALTVS.



TENOR.



BASSVS.




De componendis duabus vocibus.

Quomodo duæ partes cātilenæ apte
componi debent? In compositione dua-
rum partium obseruabis consonantias
propinquiores, volunt enim istæ partes
semper circa ascensum & descensum cō-
uersare, & quasi familiaritatem inuicem
habere, ut cernere est in exemplo.

G iij



TENOR.





BASSVS.



Eodem modo etiam tres cantilenarū
partes constitui debent.

G v Da

Da tabulam compositoriam, quã veteres illi Musici vsurparunt? Tabulam qua usus Iosquinus & Isaac & reliqui eruditissimi, nemo uerbis neq; exemplis tradere potest. Eius ratio est, q̃ veteres illi, tabulis ligneis vel lapideis non contenti fuerunt, non qui ijs non vsi fuerint, verum magis se ad Theoricam quam ad practicam applicarunt, quare qui hanc artem ignorant, nihil certi component, sed plane operam luserint.

Quomodo hæc deprehendam? obscura quidẽ res est, præcipue Theoricam ignorantibus, natura enim, in hac arte componendi cantilenas, reddimur eruditiores certioresq;. Quemadmodũ enim Poetæ naturali quodã impetu, ad condenda Carmina, excitantur, habentes in animo res, quas descripturi sint, inclusas &c. Sic etiã oportet Componistã prius quasdam, in animo, clausulas, sed optimas, excogitare, & quodã iudicio easdem perpendere, ne aliqua nota totã uitiet clausulã, & auditorum aures tædiosas faciat. Deinde, ad exercitationem accedere, hoc est, excogitatas clausulas, in ordinem quendam distribuere, & eas, quæ uidentur aptiores seruare.

Quis est iste ardo distribuendi uoces? Est qui antiquior, & ab ipso Iosquino, seruatus & traditus est, quam
quoque

quoque instructissimi quidam Musici nostro tempore:
discipulis suis tradidere.

SE QUITVR ORDO DISTRIBUTI
di uoces siue cantilenarum partes, quem prisci
tabularum uice usurparunt.



Sancta Maria succur.

VERDELOT.

De

De accentu Ecclesiastico, siue ratio-
ne legendi lectiones, Epistolas &
Euangelia verna; Institu-
tiones.

Quid est accentus Ecclesiasticus? Est
modus quidam, qui, in legendis prophe-
tijs, lectionibus, Euangelijs, & Epistolis,
seruari solet.

Quomodo cognoscitur ille accentus?
per punctum, in textu positum.

Quotuplex est accentus Ecclesiasti-
cus? sextuplex.

scilicet,	Immutabilis	qui syllabam finalem	<i>nec leuat nec de- primit.</i>
	Medius		<i>ad tertiam de- primit.</i>
	Grauis		<i>ad quintam</i>
	Acutus		<i>ad locum sui de- scensus reducit.</i>
	Moderatus		<i>in proximam se- cundam leuat.</i>
	Interrogatiuus		<i>gradatim ele- uat.</i>

Quot

Quot sunt puncti? quatuor, scilicet, distinctio siue virgula, / comma: colon, & interrogatorius.


Quotuplicem accentum habet distinctio? triplicem, scilicet, immutabilem, Acutum, & Moderatum: Comma autem Medium comprehendit accentū. Colon vero grauem affiscit.

Quomodo hoc deprehendam? Si in vna oratione, inter plures dictiones distinctio reperatur, eas in vnisono esse proferendas demonstrat. Si autem comma, hoc est, duo puncti: tunc ultima syllaba ad tertiā deprimitur, excepta dictione monosyllaba, & hebraica, quæ in proximam secundā leuantur. Quando vero Colon, hoc est punctus ante literam capitalem, inuenitur, indicat vltimam syllabam, debere grauari ad quintā, dictione hebraica & monosyllaba dempta, quæ ad locum sui descensus vult eleuari, iuxta quantitatem syllabarum. Id quod sequens lectio copiose declarat.


Sequitur

Sequitur Exemplum de legendis
lectionibus: ad Gala. 3.



LECTIO Epistolæ sancti Pauli ad Galatas: capite




tertio. Sic stulti estis, ut cū spiritu cœperitis: nunc carne




consumamini. Qui ergo uobis tribuit spiritum, et opea




ratur uirtutes in uobis, ex operibus legis an ex auditu



fidei? quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ.



Prænūtiavit Abrahæ, quia benedicetur in te oēs gētes



igitur qui ex fide sunt, benedicetur cū fideli Abraham.

Eodem modo nunc Euangelia & Prophetia leguntur. Etiam uernaculae linguae. Et hunc accentum, cum tam uarius sit, & una quaeque ferè natio, peculiarem sibi, contra praecipua Musices affinxit, Usus magis docet, quam ut quis eum praecipuis tradere possit. Audacia etiam hac in re, plurimum conducit, iuuatque.

Peroratio.

HEc habui optimi pueri, quae de Musica simplicis. scriberent, Vestra igitur interest, has institutiones non solum memoriae tradere, uerum etiam assiduo accommodare usui. Nihil enim laude dignum (dicente Cicerone in officijs) consequi quenquam posse arbitror, nisi id usui assiduo tribuatur. Quare uos moneo & hortor, ut in his institutionibus perdiscendis, uos diligenter exerceatis, & leges praecipitorum uestrorum non minusquam Dei & parentum incolumnes seruetis.



Fragment of text from the adjacent page, including the words "Herrn" and "Jahr".



41 $\frac{2}{K, 27}$

AB: 41 $\frac{2}{K, 27}$

(X 2040085)

Jh 142 m.







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
								
								

